



 TVNC QVÆ PARTES AS-
 sumendæ sint pro cibis, & antidotis, &
 quo modo preparandæ; sed prius,
 quæ in totum abjiciendæ, aut
 eligendæ.

CAP. XIV.



UVENCULAS Vi-
 peras nondum pa-
 rere assuetas, quæ
 intus innumera o-
 va portulacæ aut
 papaveris semini-
 bus paulò majora

habere ex dissectionibus innotuit,
 quæ maris semine suscepto bis in an-
 no vivas Viperas edunt, longo tamen
 temporis curriculo, excussis ovis, ef-
 fœtæ ut gallinæ redduntur, & tot par-
 tubus emaciatae tanquam inutiles &
 exuccæ à Theriaca rejiciuntur. Dùm
 verò Viperulæ consistunt, antequam
 ovorum seminarium à natura susce-
 perint, in completæ cum sint, omnes

D re-

rejiuntur. Et à Galeno prægnantes ob nutrimentum grandioribus ovis, in avellanæ nucis magnitudinem, viperulis impertitum, quoniam plurimum corporeæ substantiæ consumpscrunt, propterea à confectione Theriaces propelluntur. Solæ igitur Viperæ, non masculi Viperarum, quæ seminarium æquale semini papaverum habuerint, recipiantur pro confectione pastillorum, & pro cibis. Quæ verò ova non habuerint, necesse est, vel incompletas esse, vel effœtas, & propterea rejiciendas tanquam inutiles. Prægnantes verò si grandiora ova, vel viperulos intus retineant, tunc ut invalidæ repelluntur. Quando jam mortuæ & excoriatæ fuerint, ablati partibus auferendis, nisi diutius in aqua volutentur, tanquam parùm valentes repelluntur, earum enim caro mucida invalidaque est, quæ vero diutius innatarint, & tanquam vivæ volutentur, optimæ sunt, & tanquam præstantissimæ à Galeno eliguntur
lib.

lib.2.de Antidotis. Igitur solæ partes, id est, truncum illud, abscissis capite, cauda, pelle, & interaneis omnibus eligitur, ad pastillos conficiendos & ad cibos; ex optimis & approbatis, ac majoribus Viperis; quæ enim hujusmodi non fuerint, invalidam Theriacam conficerent, & nutrimentum pariter invalidum afferent, propterea sunt repellendæ, præcipuè, si in aqua longo tempore exenteratæ non volentur.

DE DISSECTIONE ANATOMICA in universum.

CAP. XV.



V antiquiores Viperæ Anatomem, sicuti Chamæleontis tradidissent, quod refert Plinius, multos equidem errores evitassent; sed

ob horrorem, aut veneni suspicionem,